

QUINQUAGINTA  
QUÆSTIONUM  
IN SIGNIUM, AD JURIS

COMMUNIS, SAXONICI, ET ELE-  
CTORIS SAX. CONSTITUTIONUM PROVINCI-  
alium Declarationem pertinentium, quarum pleræq; ex Clarissimi  
J. C. D. MICHAELIS TEUBERI, olim Electorum Sax. Consilia-  
rij, & J. U. in Academia Witebergensi Professoris primarij,  
Adversarijs desumptæ, & excerptæ sunt, accuratiūs & pleniūs  
tractatarum & resolutarum.

PARS PRIOR

*Edita studio & opera*

ANDREÆ RAUCHBARI.  
IN HEMSENDORFF, J. C.

TERTIO-NIINC EX IIS, QUÆ VIVUS AD.

*Oram libri Notarat, auctior & castiga-  
tior reddita.*

Cum Summarijs, & duplii Indice, uno quæstionum, altero rerum  
& verborum.

*Cum gratia & privilegio Illustriss. Ducis Sax. Elect. speciali.*

WITEBERGÆ

Impensis JOHANNIS BERGERI Bibliop.  
Excudebat Ambrosius Rotbius, Acad. Typogr.

Anno M. DCXXVII



STRENUIS, EQUESTRI,  
ET VETUSTO GENERIS SPLENDOR-  
E, AMPLITUDINE, ERUDITIONE, SAPIENTIA, AC  
virtute Nobilissimis, & clarissimis viris, Dn. RICHARDO & JOACHIMO  
à SCHULENBURG, Patri & Filio, Dominis in Lochnitz, Lubenau, Ba-  
ronatu Straupitzenfi, Apenburg, Betzendorff, Luberosa, We-  
sterburg, Penkun, Zaucha, & Zepzin, &c. Dominis,  
E autoribus & amicis suis colen-  
dissimis.

**N**on dubium est, Viri nobilissimi & amplissimi, quin eximi-  
um decus & ornamentum, imò præcipuum reipublicæ sta-  
bilimentum sit, & firmamentum, æquabilis, sincera ac expedi-  
ta, vel compendiosa juris & justitiæ administratio. Quam  
verò hoc corrupto aro & seculo, firmamentum istud laba-  
factatum sit, quantumque ornameinto isti, & splendori, ho-  
diè decesserit, si verum fateri velimus, nemo est, qui nesciat.  
In inferioribus, quibus cum posterioribus res est, via juris vel planè præcludi-  
tur, vel tot impedimenta ac difficultates obijciuntur, ut tandem causa despe-  
rata, cum maximo rerum suarum dispedio, de jure suo decadere omnino co-  
gantur. Avaritia & pecuniæ cupiditas, quo vitio, M. Tullio autore, nullum  
est tetrius, præsertim in Principibus, & rem publicam gerentibus, ita forum  
judiciale hoc tempore occupavit & pervasit, ut nihil ferè in eo, ab ejus sordi-  
bus, & immundicie intemeratum inviolatumque remanserit.

Plures reperire licet advocates, procuratores, tabelliones, scribas, a-  
ctuarios, apparidores, aliosque judiciorum administros, qui honestis salariis,  
vel justa mercede, definitisque sportulis non contenti: sed ad turpe compe-  
ndium, sordidumque questum, quasi esurientes lupi & togati vultures hian-  
tes, mirandum in modum miseros litigatores expilant, deglubunt, & diri-  
piant. Ut nihil dicam de sordido isto, maledico, & venali genere rabula-  
rum forensium, qui citra omnem delectum, quarumcunq; causarum defen-  
sionem & propugnationem suscipiunt, concordia, pacis, & transactionum  
osores, inimici, & dissuasores litium verò & iuriorum autores, impulso-  
res, & approbatores, qui interdum optimas causas per imperitiam, & male-  
agendo depravant, improbarum autem & injustarum litium prosecutione,

DE VITA AC VITÆ CURSU  
DN. MICHAELIS TEUBERI, J. U.D.  
AC PROFESSORIS IN ACADEMIA WITEBERGENSI,  
Illustrissimiq; Electoris, Saxonie Ducis AUGUSTI,  
&c. Consiliarij.



Gratior

IN EFFIGIEM  
ANDREÆ RAUCHBARI, IN  
HEMSENDORFF. J.C. &c.



Heic



# QUÆSTIONUM JURIS CIVILIS ET SAXONICI.

## Q U A E S T I O.

Utrum ijs in locis, ubi iura Saxonica observantur, & litigatores ea, quæ in judicio proponenda sunt, ad calamum dictere tenentur, mitius puniatur reus contumax, qui quidem non comparuit, nec, ut debuit, exceptiones suas ad calamum dictavit, sed tamen absentiam suam per literas, vel nuncium judicii excusavit, quam cum illo, qui nihil plañe horum egit?

## S U M M A R I A.

1. *Pæna rei contumacis de jure Saxonico.*
2. *Reus contumax primò wq; ad legitimum impedimentum condemnatur; eo non probato, pro confesso & convicto habetur.*
3. *Pæna prædicta positam contestatam & in secunda instantia locum non habet.*
4. *An ista pæna reo imponi possit, quicitationi quidem non paret, sed tamen per literas vel alio modo se excusat?*
5. *Affirmativa, ex stylo Curialis judicij Lipsensis, observatur.*
6. *In ditione Electoris Saxonia non in scriptis, sed viva voce proceditur, maxime antè litis contestationem.*
7. *Paria sunt, aliquid non fieri, vel non ritè fieri.*
8. *Reus comparens, sed tamen respondere & litem contestari nolens, pro contumace habetur.*